

- 7 Frater bona communia fratrum administrans tenetur administrationis rationem reddere.
- 8 Omnis administrans tenetur reddere rationem suæ administrationis.
- 9 Administrator quilibet, compellitur rationem reddere, etiam si ratio remissa fuerit. Contrarium proponitur & resolutur num. 10.
- 11 Rationis remissio nil aliud operatur nisi ut nimis curiosa inquisitio non fiat.
- 12 Compellitur rationem reddere quilibet administrator, etiam si per testatorem fuit ei remissa ratio.
- 13 Redditur ratio etiam si transactum sit tempus triginta annorum, nam tale ius nullo tempore potest præscribi, & non valet statutum quod etiam expresse permitteret præscriptionem cum mala fide.
- 14 Sicut nec potest præscribi divisioni spatio 30. annorum; & ultra si fratres suo socij per illud tempus in communione steterunt.
- 15 Socius & heres numquam potest præscribere divisioni, nec iuri reddendi rationem administrationis.
- 16 Ratio iterum non redditur si semel reddita fuit.
- 17 Ratio reddita præsumitur transacto longo & diuturno tempore. Sed contraria opinioni adheret Auctor.
- 18 Socij liberantur à reddenda ratione si non gesserunt, & ad illam tenetur ille qui à socijs fuit constitutus administrator.
- 19 Si factor non sit soluendo, & alter ex socijs partem suam à dicto factore exegerit, conuenitur ille socius ut reddat rationem exactionis, & restituat medietatem illius quod exegerit.
- 20 Socius sicut alius quilibet administratur conficere debet librum rationum.
- 21 Item illum librum exhibere debet in reddenda ratione; & cuius expensis & periculo deducuntur libri de loco ad locum pro eis exhibendis traditur remissive.
- 22 Item restituere reliqua debent, & vsque ad numerum 28. alia numerantur ad quæ tenetur socius in reddenda ratione.
- 23 Negligentia est peccatum mortale in administratore.
- 24 Redditur ratio arbitrio boni viri, & quid ipse bonus vir facere debeat traditur.
- 25 Defertur iuramentum in licem socio ad interesse si confectus non fuerit rationum liber.
- 26 Præstatur ratio administrationis ei cuius interest, & coram competenti iudice.
- 27 Quid in reddenda ratione iudex prouidere debeat, remissive.
- 28 Non valet pactum de stando simplici dicto socij.
- 29 Fauore publico introducta, pacto partium remitti non possunt. Sicut nec renunciari illis quæ principaliter inducta sunt publicæ utilitatis causa, licet inde ad singulos commodum perueniat.
- 30 Non satisfacit qui loco libri rationum fogliarias ostendit.
- 31 Perfuntorijs scripturis non datur fides.

- 32 Mandatum alicui esse intelligitur, quod consuetudine fieri debet.
- 33 Creditur iuramentum edem in rebus leuibus inspecta personæ qualitate.
- 34 In magnis expensis liber rationum non probat; secus in modicis.
- 35 Liber rationum an possit pro parte tantum acceptari. Remissive.

146276

CAPVT SEPTIMVM.

De ratione reddenda in societate.

Quoniam societas contrahitur ut fructus inde vberior percipiatur, prout patet ex defensione tradita cap. 1. num. 1. & 2. discursa hætenus materia societatis contrahendæ & dissoluedæ, Nunc ab re esse non videtur, si de ratione reddenda aliquas regulas in hoc septimo capite breuiter subiiciam.

Prima igitur regula erit quod finita societate reddi debet ratio administrationis. l. actione, vers. labeo, ff. pro socio, & Bal. in l. tamdiu, C. pro soc. & in l. 1. C. ut act. ab hered. Hæc enim ratio redditur ut appareat qualiter in societate sit gestum, & quantum lucri & damni ex societate eliciatur. ad tradita per Pet. de Perus. d. tract. de duob. frat. par. 12.

Limita tamen hanc regulam non procedere in casu quo expediret societati rationem reuidentum esse, antequam finiretur societas, Nam posse reuideri de anno in annum, & quoties expedit societati, dummodo petatur & petatur sine calumnia, tradit Bal. in rubr. C. pro soc. & in l. tamdiu, C. eod. & tangit Aret. in inst. de action. vers. sequitur in tex. S. sequens. num. 10. & Bart. in l. si negoc. ff. de neg. gest. in fi. & Bart. in l. mutius, ff. pro socio, & vide omnino Socin. cons. 212. incip. in presenti. vers. prima conclusio. circ. fi. part. 2.

Secunda regula in hoc capite est quod socius administrans alteri socio rationem administrationis reddere debeat. Car. Par. cons. 88. num. 6. vol. 1. & est tex. in l. quedam sunt. in pri. ff. de eden. & gl. in l. creditor, S. duob. ff. mand. & ita consuluit Socin. cons. 37. per toi. Ias. cons. 4. num. 1. Menoch. lib. 2. de arbit. cas. 209. quos etiam recenset, & sequitur Munnoz. de ration. cin. cap. 3. num. 6. & Spec. de comp. iud. adi. in princ. vers. 39. ratione. Vbi dicit quod pro reddenda ratione administrationis, quilibet administrans conueniri debet in loco in quo exercuit; quod idem scribit etiam Bal. in l. 1. C. ubi de crim. ag. opor. & vid. Barth. Soc. in cons. 149. incip. in causa Ambrosij. ver. ad primum. Vbi dicit quid quando conueniretur in loco domicilij. Vid. etiam Mar. Socin. cons. 31. incip. prosequendo. vers. nam supra. Vbi ponit quod siue agatur de administratione priuata, siue publica, ibi reddi debet ratio administrationis, vbi administratio gesta est.

Amplia hanc secundam regulam procedere etiam in fratre qui stetit

7 in communione cum fratribus, & bona communia fratrum administravit, & domum rexit. Iste enim tenetur administrationis rationem reddere. Latè Socin. conf. 46. incip. in presenti. col. 1. & conf. 73. incip. circa primam colum. 1. quem refert & sequitur cum alijs ab eo citatis. Hipp. Mar. sing. 493. incip. iustum & æquum, & Pét. Ger. sing. 84. num. 2. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Cent. 3. cas. 209. num. 5. vbi dicit quod pater, qui fratris negotia gessit tenetur reddere rationes. citat Socin. Sen. conf. 231. col. 1. lib. 2. Crauet. conf. 159. num. 6. Rol. conf. 49. nu. 11. lib. 1. Dec. conf. 255. num. 2. & conf. 265. col. pen. vers. capio tertium. & Mars. sing. 492. quod tamen sub tali numero ego non reperij in libro meo. Huius autem ampliationis ratio esse potest, quia omnis administrans, siue sit procurator, siue sit socius, siue alius tenetur reddere rationem suæ administrationis, ita enim Villico iussit Saluator Lucæ cap. 16. & tradit Io: Oinot. inst. de act. §. actionum. versic. de act. neg. gest. num. 12. in ad. littera B, & tex. est in l. si procurator, §. 1. ff. mand. & Ang. Aret. conf. 43. n. 9. Socin. conf. 2. secundum ordinem, & conf. 192. Capio difficultatem, & conf. 213. consilijs nostris. col. 1. lib. 2. & latè prosequitur, Curt. conf. 66. sapienter. Dec. conf. 110. col. fin. Bar. in l. 1. §. offic. ff. de tu. & rat. distr. Rol. à Val. conf. 49. vol. 1. Corn. conf. 24. col. fi. lib. 1. Iac. de Aret. in l. 1. §. offic. per tex. ibi. ff. de tit. & rat. distr. Car. Par. conf. 96. num. 1. & 34. vol. 1. Corn. conf. 196. col. fi. lib. 3. Et faciunt quæ de tutoribus dicuntur per glossam in l. ex persona, C. de probat. & l. 1. C. de transactionibus; Hæc enim optimè intelliguntur etiam in priuatis administratoribus. Spec. de iud. §. sequitur. ver. quod si & vi. qui proprio, §. Procurator, ff. de Procurat.

9 Amplia secundo regulã supradictam procedere etiam si remissa fuerit ratio; Nam ea remissione non obstante, tenetur & compelli potest socius, & quilibet alius administrator, reddere rationem, & reliqua soluere. Ita eleganter voluit Ruyn. conf. 54. num. 12. Couar. lib. 2. var. cap. 14. quos refert etiam, & sequitur Munnoz. de ratiocinijs. cap. 5. num. 3. vbi num. 4. rationem dicit esse, quia cum hoc ius reddendi rationem favore publico sit introductum, priuatorum pactionibus remitti non potest. vt probat I. C. in l. quidam, ff. de ad. tut. ibi (Nemo enim)

10 Contra hanc secundam ampliationem facit l. cum ita, l. Lucius l. si quis etiam Bart. in l. Aurelio. §. Caius, ff. de liber. leg. Affl. decis. 220. num. 8. Dec. conf. 92. Sed verior est ampliatio, nam illa remissio quam concedunt fieri posse DD. supracitati, non operatur liberationem ab eo quod debetur, sed solum operatur, ne scrupulosa fiat exactio, per optima iura, & quamplurimas optimas auctoritates, quas cumulatiuè adducit Bertach. in suo repert. part. 4. fol. 268. colum. 4. verb. rationis redditio; & ita etiam sentit d. Munnoz. de ratiocinijs loco citato num. 5. vbi tradit quod operabitur talis remissio rationis, vt nimis curiosa inquisitio non fiat, non aliter;

11 aliter; Hocq. extendit etiam si testator remitteret rationem; & dicit ita formaliter tenuisse Bal. in l. 1. C. de his quæ pen. nom. Couar. lib. 2. variar. cap. 14. num. 1. Graß. de success. §. legatum. nu. 1. & quamplurimos alios quos Munnoz. ibidem refert. & num. 13. 14. 15. 16. & 17. vbi hoc regulariter ponit, & quatuor modis extendit, & aliquas conclusiones de hoc tractat, quas apud eum vide.

13 Amplia tertio hanc secundam regulam, procedere etiam si transactum esset spatium 30. annorum, & socij semper tacuissent, nec rationem sibi reddi postulauissent; Nam ex eo quod ius reddendi rationem inter socios nullo vnquam tempore potest præscribi, propter malam fidem. Munnoz. de ratiocin. c. 5. num. 25. & seq. & fati c. fin. de præscrip. tenetur socius etiam post triginta annorum cursum rationem reddere. Hanc ampliationem probat Hip. Mars. sing. 493. incip. iustum & æquum est circ. fin. vbi refert Bal. in rubr. ext. de procurat. col. 2. vers. numquid post longum. dixisse quod etiam non obstante cursu longi temporis, administrator quilibet tenetur reddere rationem administrationis, & Couar. in reg. possessor. §. 8. sub num. 4. vbi discussio hoc articulo contrariam sententiam Bartoli in l. sequitur, §. si viam. num. 2. ff. de vsucapio. ponit, & affirmat contra eum esse communem sententiam. & Munnoz. de ratiocinijs. cap. 5. num. 25. & 26. pariter contrariam Bartoli sententiam recenset illamq. seruatam fuisse dicit in consulendo per plures solemnes DD. qui eam tenuerunt pro Euangelio, sed inferiùs subiungit eam improbasse Dec. in conf. 267. num. 5. & Alex. conf. 51. num. 2. vbi contra Bart. dicit esse communem opinionem; & contra eum etiam iudicant Senat. Ianuen. Decis. 20. num. 12. & 13. stante mala fide socij, hæredumq. ipsius, testatur ibidem id. Munnoz. qui relata distinctione Menchacæ quest. illustribus c. 76. num. 8. eam improbat, & communem hanc sententiam sequitur, & testatur dictam Rot. Ianuen. in d. decis. 20. contra opinionem Bart. rectè iudicasse. Et hoc intantum verum est, vt etiam si statutum permetteret expressè præscriptionem cum mala fide, tale statutum non valeret. Franc. Viu. opin. commun. 757. vbi num. 1. posita prius contraria Bart. sententia, tandem num. 2. contra Bart. inclinatur, & suam sacrosanctam magis communem, & veram dicit, sicuti eam magis communem, scribit esse. Imol. in loc. cit. à Franc. in c. possessor. de reg. iur. in 6. & facit pro corroboratione huius 30. ampliationis quod tradit Io: Oinot. inst. de act. §. quædam actiones. de act. fam. ercis. vers. quamdiù duret hæc actio. nu. 68. 69. 70. 71. vbi quærens an præscribatur diuisioni spatium 30. annorum quando socij siue fratres, per illud tempus in communione steterunt, negatiuam partem tenet, pluribus rationibus, & auctoritatibus confirmat, & communioem esse testatur: quod repetit etiam id Oinot. d. tit. de actionibus §. quædam actiones, vers. de act. com. diuid. num. 19. vbi de diuisione loquens, dicit diuisioni non posse præscribi, donec per

centum annos in communione socij permanissent; & in proprijs nostris terminis est *Bal. tract. de præscript. part. 4. quæst. 15.* vbi per textum in *d. c. fin. & c. si diligenti. de præscript. tenet socium & eius heredem numquam posse præscribere propter malam fidem.*

Contra hanc limitationem est limitatio secunda inferius posita nu. 17. quam omnino vide.

Limita igitur primo hanc secundam regulam non procedere quando semel ratio reddita fuit: Iterum enim rationem reddere non tenetur pro eadem administratione, qui habet Apocham rationis semel reddite, *l. semel. & ibi Bart. C. de apoch. publ. lib. 10. & semel tantum perfectè debet reddi. Car. in clem. 2. S. illi. quæst. 8. de reli. domib.* Vide tamen de hoc *Pet. Philip. Corn. in cons. 62. incip. quamquam per tot. in 4. par. vbi quæstionem An ratio semel reuisa debeat per textu erroris calculi iterum reuideri, resoluit eleganter.*

Limita secundo hanc secundam regulam non procedere quando transactum esset longū & diuturnum tēpus: nam tali casu quod ratio non sit reddenda, sed reddita præsumatur tenet *Paul. de Castr. cons. 126. vol. 2. & Io. Ceph. cons. 240. uum. 7. vol. 2.* quos refert *Bertach. in suo repert. part. 4. fol. 269. col. 1. verb. ratio post longum.* Et ex eadem doctrina *Pauli de Castro in cons. 126. num. 1. lib. 1.* consuluit etiam elegantissimè *Dominus Carolus Thomafius I. V. D. Auulen. eques aureatus, & Comes Palatinus, mihi, amore non minus ac sanguine coniunctissimus. Quotiescumque enim (inquit ipse) iuuari potest benigna, & probabili supplementatione, ratio præsumitur reddita, Bal. in l. 1. col. 6. vers. sola ratio est bona, C. de seru. fugit. Nec in hoc attenditur dispositio cap. fin. de præscript. citati superius hoc eodem cap. nu. 13. Nam habet locum *tex. ille* in actionibus realibus, non autem in actionibus personalibus, prout est illa quæ inter socios competit; Nec ideo corrigi in his ius ciuile, quia ut dicit *Bartolus in l. sequitur, S. si viam. num. 2. ff. de vsucap. cum in præscriptione actionum personalium non requiratur possessio, ita nec etiam bona fides, potius enim tu perdis quam ego præscribam. Hæc sunt verba Domini Caroli supradicti, qui subiungit hanc sententiam probasse Card. Bellam. in d. c. fin. & firmasse etiam Bart. in l. an Prætor. S. planè, ff. quib. ex cau. maior. eamque seruata fuisse in consulendo per plures sollempnes DD. & hoc testatur etiam *Munnoz. de ratioc. loco supra cit.* At ego titubanter hoc affirmarem, nam si expressa remissio rationum non releuat socium administrantem ab onere reddendi rationem, prout probaui hoc eod. cap. ampl. 2. num. 9. quanto magis tacita præsumptio quod reddita sit, nihil operari poterit? Cogita igitur hunc passum qui dubius est & subtilis, & in iudicando potius adhære supradictæ ampliatiōni tamquam æquiori & magis recepta.**

Limita tertio (& hæc limitatio venit illatiuè ex regula) quando socij negotia

negotia societatis non gesserunt; nam tunc liberantur à reddenda ratione, & ad illam tantum tenetur ille qui à socijs fuit constitutus administrator, siue ut vulgò dicitur factor, per ea quæ generaliter dixi nu. 5. & eleganter scribit. *Car. Par. in cons. 88. num. 6. vol. 1. & post eum. Bertach. in suo repert. part. 1. col. 2. verb. administrator societatis. fol. mihi. 68. & poterit conueniri talis administrator pro rata ab omnibus socijs, l. verum, si cum tres, ff. pro soc. & l. actione, S. communi. ff. eod.*

Sublimita tamen hanc tertium limitationem in casu quo factor ille integre non sit soluendo. Nā tunc si alter ex socijs forsan partem suam à dicto factore exegerit, conueniri potest ille socius, ut reddat rationem exactionis, & restituat medietatem illius quod exegerit, *d. S. si cum tres. & facit l. si non fuerint. ff. pro socio.* Vbi æquum non est quod socius consequatur plus vel minus quam alter.

Tertia regula demum in hoc capite erit, quod socius administrans, vel quilibet alius gestor conficere debet librum rationum, *l. si cui libertas, & l. cum seruus, ff. de cond. & dem. & ibi Bar. & Imol. dictumque; libri ac scripturas in reddenda ratione exhibere. Roman. cons. 413. & est *tex. in l. boues. S. si. ff. de verb. sig. cum quamplurimis alijs legibus adduct. à Petr. Perus. tract. de duob. fratrib. par. 12. & faciunt tradita per Bart. Soc. cons. 149. incip. in causa Ambrosij. versic. ad primum; vbi etiam dicit cuius expensis & periculo libri adducuntur. Item debet reliqua restituere. Bar. & Bal. in l. 2. ff. de neg. gest. debita & credita si quæ sint exhibere, id. Roman. loc. cit. Tam de malis administratis, quàm de neglectis satisfacere, Socin. cons. 2. sequendò ordinem. num. 5. & seq. vers. sed etiam. lib. 1. vbi num. 11. dicit quod negligētia est peccatum mortale in administratione. Item tenetur instrumenta tradere, quanti plurimi reficere, calculatores eligere, & fideiubere. id. Roman. loco citat. & Bart. in l. si cui libertas, ff. de cond. & dem. Soc. cons. 92. num. 6. lib. 4. Talemque rationem reddere arbitrio boni viri, Bal. in l. voluntatis, C. de fideic. Masc. de probat. conc. 253. num. 9. & Menoch. de arb. cas. 209. num. 12. qui bonus vir primò debet videre redditus, & ea quæ peruenerunt ad manus administrantis, postea videre expensas, & exitus. gl. in l. qui nominibus, S. 1. & ibi Alex. ff. de ad. tut. & Socin. cons. 149. vers. ex quibus. vbi illam dicit esse veram rationem, quæ hinc inde crediti & debiti comemorationem continet, cuius sententiā vidi, & refert etiam *Munnoz. de ratiocin. cap. 2. num. 4. vbi num. 5. dicit hanc sequutum fuisse Bæza. de decis. tut. præst. cap. 2. nu. 176. consuet. & Paris. tit. 1. S. 6. gl. 6. num. 14. & insuper quid facere debeat rationem reddens fugis narrat Munnoz. loc. cit.***

Hæc autem omnia restringi possunt in summa ad quatuor, nempe Codices edi, calculum fieri, reliqua restitui, & culpa purgari solutione eius quod debetur, secundum *Corn. cons. 319. cir. primum. nu. 13. lib. 3. & idem per omnia dicit Socin. cons. 159. & 190. lib. 2. vbi subdit ante hæc*

rationem non posse dici redditam; & in his omnibus posse quemlibet administratorem iuridice compelli, est *Bal. in rubr. C. pro soc. & Pet. de Perus. tract. de duob. fratr. par. 12. in princ. vbi etiam subdit post Iac. de Aret. in l. 1. §. offic. ff. de tut. & rat. distr. super ver. edere. quod quando à socio administrante liber rationum confectus non fuerit, deferendum ei sit iuramentum in litem; tenetur enim tunc socius administrans ad interesse, quod per tale iuramentum in litem declarari debet: Hoc etiam tradit. *Mar. Socin. cons. 24. & Barth. Socin. cons. 73. & cons. 213. incip. in presenti. vers. unde ex præmissis. & in ver. 1. conclus. & in cons. 254. incip. visa. ver. sed contra. ibi. ex quibus & quando iuratur in litem. & cum lauit omnia hæc etiam Extrac. in tract. de mercatura part. 2. num. 67. decis. Genuen. 164. num. 21. relat. à Munnoz. de ratiocinijs, d. cap. 2. num. 10. & 11. vbi his duo alia addenda fore existimauit, nempe quod sit præstanda ratio ei cuius interest; & rursus vt coram competenti iudice præstetur, pro vt patere dicit ex *Sac. Conc. Trident. sess. 22. cap. 9. & repetit id. Munnoz. de ratiocinijs, cap. 31. num. 6. vbi docet quid iudex providere debeat & num. seqq. pulcherrimas alias quæstiones, in rationum materia determinat, quas apud eum videre poteris.***

Amplia hanc tertiam regulam, quod scilicet teneatur gerens conficere librum rationum, illumq; pro probatione edere, procedere etiã si socius promississet illi stare simplici suo dicto. Nam quod hæc promissio non valeat, affirmat *Bart. in cons. incip. Bononiensis quidam. tangit Specul. S. nunc videndum. vers. quod si tit. de probat. & Cy. & glos. in l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cleric. unde videtur dicendum, quod ea promissione non obstante teneatur socius administrans librum rationum conficere, illumq; pro probatione exhibere; Hac ratione forsan quia librum rationum conficere introductum fuit favore publico, quod nec pacto partium remitti posse volunt *DD. & est tex. in l. 2. §. sed quia veremur, & ibi Bart. in secundo summano, C. de iur. calcul. sicut nec renunciari potest his quæ principaliter inducta sunt publicæ utilitatis causa, licet inde ad priuatos comodum perueniat. Laur. Sylua. co. 40. num. 12. vol. 1. vbi refellit opinionem Ripæ aliter sentientis, in l. 1. num. 114. ff. sol. matr.**

Amplia secundo dictam tertiam regulam procedere etiam in casu quo socius administrans ostenderet cartulas seu fogliarias loco libri; Nam quod nec casu satisfaciat, tenet idem *Pet. de Perus. loco præcit. & ratio secundum illum est, quia perfunctorijs scripturis danda non est fides, sed solum libris id. Pet. plenissime. per l. si quis, C. de donat. sicut nec creditur socio, si librum rationum non fecisse asserat; ex eo enim quod consuetudine conficiuntur libri. *Iac. Butr. in l. 1. C. de eden. administrati mandatum videtur quod eos conficiat. Ita Petr. de Perus. loco cit. vbi plenius hoc tractat, & dilucidè satis.**

Restringe tamen hanc ampliationem procedere solum in rebus maximi

33 ximi valoris; Nam in rebus valoris modici inspecta personæ qualitate, æquius est quod credatur iuramento edentis. Ita sentit id. *Petr. de Perus. & notatur etiam per gl. & DD. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. cum similibus. ab eod. Petro adductis.*

An autem dictis libris rationum credi debeat, est *Bertach. part. 4. in suo reper. verb. rationis liber fol. mihi 269. col. 1. vbi refert Bart. in l. 1. §. officio. in 1. col. verb. an autem, ff. de tut. & ra. di. sic distinguentem: Aut sunt expensæ magnæ & non probat; aut sunt modicæ, & probat. *Iason. autem in l. admonendi. num. 139. ff. de iureiur. & Alex. cons. 8. nu. 5. vol. 5. & Card. Paris. cons. 96. num. 41. vol. 3. affirmant generaliter quod mercator. libris rectè confectis inter ipsos mercatores fides sit adhibenda.**

35 Vide de hoc *Petr. de Perus. d. par. 12. q. 1. & 2. vbi etiam clarè satis tractat an possit socius libros rationum pro parte acceptare, & pro parte nō.*

Cætera quæ in hac materia rationum reddendarum particulariter per socios, & per administratores etiam quoscumq; dici possunt, vide *Munnoz. de escubar. De ratiocinijs per totum, vbi ex professō aperte, clarè, & distinctè tractat & resoluit quascumq; quæstiones, quæ tam in praxi, quàm in Theorica in tali materia contingere possunt. Ideo ad illum te remitto, ne doctrinam aliorum meam facere videar, tanto magis quia clariùs hoc pertractare non posse arbitratu fui.*

ARGUMENTVM.

An expensæ quæ per alterum ex socijs causa societatis fiunt, de communi fieri debeant.

SVMMARIVM.

- 1 Expensæ factæ à socio imputantur societati.
- 2 Socij omnium bonorum & fratres qui socij pariter sint omnium bonorum omnia lucra vndecumq; & qualitercumq; quæ sita debent communicare; sicut omnia damna vndecumq; & qualitercumq; prouenientia.
- 3 De communibus bonis dotatur filia vnius ex socijs omnium bonorum, siue fratres sint, siue extranei.
- 4 Socius omnium bonorum non potest tempore diuisionis repetere à socio partem dotis, quæ ex bonis communibus data fuit filie consocij.
- 5 In fratre dotante filiam fratris, præsumitur donatio.
- 6 Impensæ pro doctoratu, & militia, vnius ex filijs sociorum omnium bonorum de communi fieri debent.
- 7 Socius omnium bonorum debet socio communicare quidquid occasione filij sui acquisiuit.

Contra-

- 8 Contrariorum eadem est natura.
- 9 Expensæ factæ pro emendis libris fratri & consocio omnium bonorum qui est in studio communes esse debent.
- 10 Commune esse debet quod nomine communi, & de communi pecunia emitur.
- 11 Non veniunt in collatione libri quos pater emit vni ex filijs.
- 12 Debitum licitè contractum per socium omnium bonorum; vel fratrem occasione studij soluitur de communi.
- 13 Expensæ quas Pater fecit occasione studij, doctoratus, nuptiarum, militiae, & vnius ex filijs, qui post mortem patris in simul uiuunt, non conferuntur.
- 14 Si pater expenderit occasione dignitatis vnius filij, alter tantumdem de communibus bonis deducere non potest tempore diuisionis.
- 15 Imputantur in partem suam sumptus, quos frater ob honorem suum post mortem patris facit.
- 16 Hoc fallit si illi fratres socij essent omnium bonorum.
- 17 Sicut fallit qñ pactū esset inter fratres, ut huiusmodi sumptus essent cōmunes.
- 18 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
- 19 Expensæ factæ pro infirmitate socij deducuntur de communi si socij sint omnium bonorum, secus si vnius rei tantum.
- 20 Infirmitas si emanauerit occasionaliter à societate, etiam socij vnius rei expensas soluunt de communi.
- 21 Clerico habitante cum fratre Laico, expensæ debent esse communes, & Clericus confert peculium vsq; ad necessitatem.
- 22 Contrarium adducitur, & soluitur, numero seq.
- 23 Quasi Castrense peculium non confertur.
- 24 Vxor & filij sociorum omnium bonorum de communi ali debent.
- 25 Pecunia consumpta pro alimentis familiae communis non repetitur, quia in dubio praesumitur donata.
- 26 Dos vxoris vnius socij retinetur in commune, sicut in commune retinentur quasita per totam familiam.
- 27 Societati imputantur impensæ quas institor fecit in honorem sociorum & mercatorum.
- 28 Socius singularis expensas repetit, quas fecit occasione societatis.
- 29 Ponens operas in societate communibus expensis operari debet.
- 30 Parietis communis communibus expensis refici debet.
- 31 Socius si nō soluit partem expensarū factarū in refectione parietis, infra quatuor menses, perdit dominium partis suæ, & illud acquiritur socio reficienti.
- 32 Imputantur expensæ corpori societatis si ille necessariae sunt; & traduntur casus in quibus expensæ necessariae dicuntur, sicut num. 79. & 80. traduntur casus in quibus necessariae non sunt.
- 33 Expensæ quos facit socius in medicos, dum pro societate iter facit, de communi soluuntur.
- 34 Frater maior repetet à minore sumptus necessarios quos post mortem patris

- in paterna domo facit.
- 35 Sumptus mercales erunt communes licet necessarij non sint.
- 36 Expensæ pro colendis possessionibus communibus, communes inter fratres & socios esse debent.
- 37 De communi soluuntur expensæ si occasione rerū communium factæ fuerunt.
- 38 Non imputantur corpori societatis expensæ factæ pro implemento voti ad B. V. M. Lauretanam.
- 39 Votum emissere, & votum adimplere salutem animæ respicit.
- 40 In societate vbi est lucrum, ibi debet esse damnum.
- 41 Eleemosina factæ per socium vel pauperibus, vel puellis, vel ecclesijs, corpori societatis non imputantur.
- 42 Bona quæ quis facit in hac vita profunt ad permanendam vitam æternam.
- 43 Expensæ solutæ à socio propter proprium delictum sibi soli imputantur.
- 44 Expensæ de communi fiunt quando socius omnium bonorum vult ire ad B. M. V. Lauretanam, ut ab infirmitate liberaretur.
- 45 Bona quæ fiunt in hac vita profunt aliquādo ad bona temporalia cōsequenda.
- 46 Si lucrum est commune, etiam expensæ communis erit.
- 47 Eleemosina quando de communi erogari possint.
- 48 Eleemosina non debent fieri de alieno, ideo in dubio pro proprio cōmodo factæ praesumuntur.
- 49 Facilius praesumitur donatio in modicis, quam in magnis.
- 50 Expensæ propter delictum factæ à socio, imputantur societati, si lucrum ex delicto factum societati fuerit communicatum.
- 51 Societas si sentit commodum, debet etiam sentire incommodum.
- 52 Onus dotandi pertinere videtur ad Patrem, non ad omnes socios omnium bonorum, nisi aliud expressè actum fuerit.
- 53 Authoris opinio ponitur vsq; ad num. 59.
- 54 Fautore dotis fratres non contradicentes, donare suas partes videntur neptæ, quando de communibus bonis alter fratres socius eam dotet.
- 55 Donatio inter coniuges constante matrimonio regulariter non valet.
- 56 In diuisione fratrum non habetur ratio maioris impensæ ab altero eorum factæ si sunt socij omnium bonorum; secus si sunt socij singulares.
- 57 Consanguinitas non sufficit ad faciendam praesumi donationem nisi coniuncta sit cum taciturnitate consanguinei.
- 58 Frater patiens filiam fratris de bonis communibus dotari, secundum Cottam videtur hoc facere animo repetendi.
- 59 Expensæ pro doctoratu filij vnius ex socijs omnium bonorum, soluuntur de parte tantum socij, id est Patris doctoris.
- 60 Libri empti per vnum ex socijs, vel fratribus durante societate omnium bonorum pro eius filio de communi pecunia, computantur in partem socij.
- 61 Expensæ factæ in nuptijs vxoris post mortem Patris per alterum ex fratribus qui socij non sunt omnium bonorum, de communi solui non debent.

- 62 Sicut de communi non deducunt. debita contracta ab altero ex fratribus sui honoris gratia.
- 63 Fallit hoc in fratribus, qui socij sunt omnium bonorum.
- 64 Socius singularis, & frater vnâ simpliciter viuens cum fratre, modicas expensas non repetit; quia eas donare videtur.
- 65 Fallit in minore, qui modicam etiam impensam repetere potest, Nam minor donare non potest.
- 66 Expensæ factæ à Patre pro emendis vestibus Uxori vnus ex filijs, tempore diuisionis imputantur in partem illius, si vestes pretiosæ sint, secus si viles.
- 67 Expensæ extra rem societatis factæ, de communibus bonis soluenda non sunt.
- 68 Expensæ modicæ factæ extra rem societatis, etiam solutæ non repetuntur, à consocio, & quomodo hoc procedat.
- 69 Salarium retentum ab vno ex socijs pro mercede sui laboris non imputabitur societati, sed in partem ipsius.
- 70 Dicitio taxatiua affirmat illud quod ponit, & excludit omne aliud.
- 71 Soluitur salarium socio de communi, quando ita consuetudo postulare.
- 72 Quod consuetum est fieri, pro expreso habetur.
- 73 Ea quæ sunt in consuetudine, videtur deducta in conuentione, & in contractu.
- 74 Actus humani interpretationem à consuetudine recipiunt.
- 75 Consuetudo contrahentium ante omnia attendi debet.
- 76 Contrahentes præsumuntur apponere in contractibus ea quæ soliti sunt facere, & quæ solita sunt fieri in regione.
- 77 Expensæ quas socius singularis domi suæ necessariò fecisset de communi non deducuntur.
- 78 Contraria Siluestri sententia, adducitur, & conciliatur cum suprascripta.
- 81 Expensas non recuperat socius qui suo proprio nomine expendit.
- 82 Non repetuntur expensæ factæ ultra bursam.
- 83 Colonus facere & mundare tenetur fossata quæ sunt ad vtilitatem temporis quo conduxit; secus quæ ad vtilitatem perpetuam.
- 84 Quæ in consuetudine regionis sunt veniunt in contractu.
- 85 Colonus qui conduxit fundum ad medietatem fructuum omnes expensas facere tenetur quæ necessaria sunt pro recolligendis fructibus, secus si ad perpetuam vtilitatem sunt, nam Dominus tunc integras soluere tenetur.
- 86 Collectæ solui debent à Domino non à Colono.
- 87 Dubium super salutatione collectarum adducitur & soluitur.
- 88 Fructus qui dantur pro operibus, fructus dici non possunt.
- 89 Colonus deferre tenetur fructus ad domum Domini proprijs expensis.
- 90 Fallit tribus in casibus.
- 91 Consuetudo est semper obseruanda, quia tacitè inest contractui.
- 92 Pacto standum est cum contractus ex illo legem accipiant.

CAPVT OCTAVVM.

De expensis.

- R**egulam in hoc octauo capite constituo affirmatiuam, quod, scilicet expensæ factæ ab altero sociorum imputentur societati: prout loquens de omnium bonorum societate tex. est. in l. societatem vniuersarum, ff. pro socio, & l. cum duob. §. sagariam, ff. pro socio.
- 1 Sicut enim socij omnium bonorum omnia lucra vndecumq; & qualitercumq; quæ sita debent communicari. l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio. Ita omnia damna & expensæ vndecumq; & qualitercumq; provenientia erunt communicanda. d. l. cum duobus.
- 2 Amplia primo propositam regulam procedere etiam in constituenda dote filia vnus ex socijs omnium bonorum siue sint extranei, siue fratres; Nam tenent. de communi illam dotare. Hip. Marsil. in sing. 344. incip. taciturnitas. circ. fin. post Io. de Imol. cons. incip. in casu præmissio. dubio quarto. vbi teste eodem Hipp. Marsil. expresse dicit, quod dotes datae filiabus alicuius, intelliguntur datae de communibus bonis fratrum, si illi hoc sciebant, tacebant, & in contrarium non protestabantur Ita Hip. Marsil. qui ad hoc multas auctoritates & iura cumulat: Hanc quoque opinionem tenet Alex. cons. 70. primo dubio. lib. 5. Ruin. cons. 101. dub. 2. lib. 1. Socin. cons. 291. lib. 2. Butr. cons. 7. Ruin. cons. 121. col. 1. lib. 5. Dec. in l. quod locum. col. pen. C. de collat. & cons. 66. dubio 2. & Bald. cons. incipien. In Christi nomine Amen, factum est tale, Ventrucius & c. vbi consuluit filiam vnus ex socijs omnium bonorum de communi debere dotari, & faciunt dicta per Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 127. Vbi sentit socium omnium bonorum tempore diuisionis non posse repetere à socio partem dotis, quæ ex bonis communibus data fuit filia alterius socij, & hanc opinionem esse magis receptam testatur, vt apud Ias. auth. quod locum num. 6. Multos etiam retulit Rolan. à Valle. cons. 91. num. 45. & 47. lib. 1. Vbi multis adductis argumentis hanc probauit, & Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 40. loquens in fratre dotante dicit præsumi donationem ita vt repeti non possit. & Pet. de vba. tract. de duob. frat. p. 6. quest. 9. Vbi ad partes disputat, & multa pulchra argumenta pro hac adducit, & in fine dicit, quem adherere posse cui opinioni maluerit.
- 3 Contra hanc ampliationem vide inferioris limitationem quartâ n.... & quoniam passus dubiosissimus est, cogita.
- 4 Amplia secundo regulam procedere etiam in expensis erogatis in honorem vnus ex filijs sociorum omnium bonorum, puta, pro Doct. ratu, militia, & similibus, v. g. cum filius ducit vxorem, vel cum filia nuptui